

Nº 99.



# PROGRAMM

des

## Fürstlich Hedwigschen Gymnasiums

zu NEUSTETTIN,

womit zur

## öffentlichen Prüfung


am

7. und 8. April,

ergebenst einladet

Dr. H. Lehmann,

Director.



### Inhalt:

1. De Lygdam carminibus. Ser. Car. Boehlau.
2. Schulnachrichten. Vom Director.

NEUSTETTIN,

Druck von M. Arends.

1876. Febr. 99



## De Lygdamis carminibus.

Inter Lygdamis carmina quae hodie libro tertio Tibullianorum continentur et Tibulli ipsius carmina tanta intercedit similitudo, ut non mirum sit, tamdiu hunc librum, praesertim cum inter Tibulli carmina inveniretur, huic poetae sine ulla dubitatione adscriptum esse. Sed postquam Vossius inter Lygdamum et Tibullum distinguendum esse studuit ostendere, eamque sententiam viri docti non modo comprobaverunt, sed etiam variis argumentis fulserunt, hoc tempore nemo iam Tibullum auctorem horum carminum existimare debet. Sed quamvis hoc quidem pro certo ducant, tamen de Lygdamo ipso interpres inter se non consentiunt, praesertim cum his duobus poetis etiam Ovidius adiungendus sit, qui praeter Tibullum plurima cum Lygdamo communia vel similia habeat. Quae cum ita sint, factum est, ut quidquid de ratione, quae inter tres quos nominavimus poetas intercedit, statui potuit, re vera prolatum sit.

Atque Oebekius quidem <sup>1)</sup> operam dedit ut evinceret hunc poetam, de quo agere nobis proposuimus, et ante Tibullum et ante Ovidium vixisse, qui ipsi eum imitati essent, atque „Cassium Parmensem verum horum carminum auctorem fuisse“. At contra Gruppius <sup>2)</sup> cum quae et in Ovidio et in Lygdamo similia inveniantur nimis premeret atque venustatem elegantiamque horum carminum falsis laudibus tolleret, contendere non dubitavit, sub Lygdamo nomine Ovidium ipsum latere. Sed uterque horum gravissimis argumentis ab aliis viris refutatus est. Deinde Teuffelius in praefatione Tibullianorum carminum versioni Germanicae praemissa vult probare, Lygdamum, ut Tibullum imitatus sit ideoque post eum vixerit, ita ante Ovidium fuisse, qui haec carmina cognoverit, eisque in versibus compendis usus sit.

Reliquum erat ut aliquis quaestionem propositam, unde similitudines inter tres poetas ortae essent, ita expediret, ut demonstraret Lygdamum et post Tibullum et post Ovidium vixisse atque ambos imitatum esse. Quae sententia cum prolati, tum probata est ab L. Bollio, <sup>3)</sup> qui ceteris verbis locisque minoris momenti, quae Ovidio et Lygdamo communia sunt, reglectis duos potissimum locos confert, Ovidii trist. IV, 10, 5, 6:

Editus hinc ego sum, nec non ut tempora noris

Cum cecidit fato consul uterque pari

cum Lygdamo V, 17, 18:

Natalem primo nostrum videre parentes

Cum cecidit fato consul uterque pari.

Ex eo quod Ovidius aptissime dixerit editum se esse, Lygdamus non apte primum diem natalem vidisse parentes Bollius efficit Lygdamum prave imitatum esse. Cui causae aliam subiungere debebat, quod Ovidius, qui ut alii poetae sibi proposuerat quaedam de sua vita posteritati nota

<sup>1)</sup> Jahresbericht des Gymnasiums zu Aachen, 1832.

<sup>2)</sup> in libro suo: Die Römische Elegie, Lips. 1833 pag. 105 sep.

<sup>3)</sup> Jahresbericht über das Gymnasium Leopoldinum etc. Detmold 1873.

facere (cf. Verg. Georg. fin.; Prop. I., 22) diem natalem suo loco indicat, in Lygdamī autem carmine non est, cur ea res narretur, quoniam epistola ad amicos data longe aliud assequi vult, quam familiaribus rem, quae eis notissima esse debebat, versibus illustrare; nisi forte Gruppio assentimur dicenti (pag. 122) „sowie ihn auch nur der Gedanke des möglichen Todes darauf geführt zu haben scheint, sein Geburtsjahr durch den besprochenen Vers aufzuzeichnen.“

Tum inter se comparati sunt Ovid. am. II., 14, 23, 24:

Quid plenam fraudas vitem crescentibus uvis.

Pomaque crudeli vellis acerba manu?

et Lygdamī V., 19, 20:

Quid frandare invat vitem crescentibus uvis.

Et modo nata mala vellere poma manu?

In quibus cum Bollio statuendum est, similitudinem ab Ovidio allatam cum re ipsa optime consentire, Lygdamum autem eandem similitudinem, quamquam minime in ipsum quadraret, arripuisse.

Sed praeterea tertius locus Lygdamī cum Ovidio nobis comparandus est, Lygdamī carmen I. cum Ovid. trist. I, 1, quorum in utroque forma libelli dedicati describitur. Quae carmina item demonstrant, Lygdamum Ovidii imitatem esse, nam iam pridem interpretes observarunt, descriptionem libelli optime cadere in Ovidii affectionem animi, ineptissime a Lygdamo usurpatam esse. Quod si hoc addimus quod Gruppius ad suam sententiam fulciendam affert (pag. 139), iam neminem a nobis dissensurum speramus. Gruppius igitur his versibus utitur: „Man überlege doch nur: wie sollte Ovid seine Trübsien mit einer solchen Nachahmung begonnen haben! Wie sollte er den Anfang dieses auf so bestimmten Erfolg berechneten Werkes dem Anfang eines fremden nachgebisse haben, und zumal da dieser Anfang die Dedication an Augustus, den vielbelehrten Kämpfer, einstellt!“ Quis dubitet, quin Gruppius his verbis probaverit, id quod minime voluit, Lygdamum hanc similitudinem ab Ovidio mutuatum esse?

Quae cum ita sint, omnibus id quidem manifestum esse necesse est, Lygdamum et post Ovidium fuisse et eius carmina ante oculos habuisse. Videamus iam quid de horum carminum auctore pro certo statuere possimus. Atque Bollius quidem putat iure de Lygdamī amore, paupertate, morbo dubitandum esse, cum quas res hic poeta sibi tractandas proposuerit „aut res saepissime tritae aut ab ipso Tibullo petitae ingenti phrasium copia circumscribantur;“ deinde cum „poeta aut solo locutiones hinc illinc petitas cumulandi aut Tibullianorum versum exprimendorum studio ad rem male tractandam incitatus sit. Evidem vero rei ipsi quam Bollius probare vult assentior, causis autem ab eo allatis non item. Eas enim ad rem probandam leviores duco, quamvis rei probatae subsidio esse possint. Itaque iam exponendum est, quomodo ad eandem sententiam pervenerim.“

De rebus quae Lygdamī carminibus tractantur quaerere possumus, utrum poeta suum ipse amorem, an alterius cuiusdam quem dicentem fingit, an amorem aliorum hominum omnino fictum narrat. Quarum quaestionum duae priores, quoniam verus amor celebratur, tam arte inter se cohaerent, ut eas tertiae opponere pro certoque constituere possimus Neaerae quae vocatur amorem aut verum aut fictum esse. Neque desunt quae alterutram sententiam falsam esse doceant. Itaque mecum facile omnes sic statuent:

Si poeta vel sui vel alterius eiusdam verum amorem celebrat quaecumque et de eo qui amat et de ea quae amat leguntur inter se congruere necesse est; sin autem eadem secum repugnant, euidem contendere non dubito una cum amore etiam personas fictas esse neque poetam suum ipsius amorem dicere, ideoque viros doctos errasse, cum his carminibus ad vitam Lygdamī enarrandam uterentur. In nostri autem poetae carminibus permulta secum repugnantia inveniri nemo ignorabat; cum autem ceteri id egerunt, ut res inter se discrepantes quovis modo conciliarent, quippe quibus persuasum esset poetam suas res in medium proferre, euidem operam dabo ut ostendam in his carminibus tantam rerum disrepantium inesse, ut nullo modo tolli possit. Quam ob rem iam consideremus quid poeta de se ipso, quid de necessitudine quae inter ipsum et Neaeram erat vel apertius vel tectius profiteatur.

Ac primum quidem poeta avis Romanis in ipso operis initio gloriatur (I., 2.):

Exoriens nostris hic fuit annus avis.

„Praeterea Romanorum patrios mores ritusque poeta ille piissime observavit velut matronalium celebrationem Kalendis Martiis (v. eleg. I.), et antiqua superstitione Romana mentem habet occupatam v. eleg. IV., 6.:

Vera monent Tuscis exta probata viris.

Atque poetam sibi non quemvis alium praetalisse appareat ex VI., 60, ubi Neaerae pro opprobrio obicit quod ipsum fugiat

,ignotum cupiens vana puella torum“.

Manifestum igitur est poetam non ignotum sibi videri, quippe qui, ni fallor, propter carmina in ore Romanorum fuerit, id quod testantur carminis IV. v. 43, ubi Apollo Lygdamum „rite castum poetam“ appellat et v. 57, ubi Neaera poetae „carminibus celebrata“ dicitur. His si adicies: auctorem horum carminum invenem esse (IV. 73) copisque rei familiaris non egere, quod carm. III. 23:

,sit mihi paupertas tecum iucunda

significat se paupertate non premi, et in carm. II. lautissimam sepulturam sibi postulat et in carm. VI. tam opiparos apparatus describit, omnia fere habebis quae de auctore explorata sunt.

Vides igitur nomine Lygdamii significari Romanum quandam et nobilem et divitem. Huic autem rei nomen Lygdamii repugnat; id enim non Romani esse nemo est quin intellegat; restabat igitur ut interpres auctorem consulto fictum nomen eiusdem quantitatis posuisse vellet. Quod hoc quidem loco nullo modo fieri potuit. Nam ex eo quod amorum poetae puellas amatas in carminibus non ipsarum nominibus celebrabant, non efficitur poetas de suis nominibus eodem more uti solitos esse; primum enim neque quisquam antiquorum homo litteratus id testatur, deinde et ceteri amorum poetae ipsi rei contrariae testimonio sunt. Ac nomen quidem Lygdamii temporibus huius poetae vulgo servi fuisse iam ex Propertii carminibus (IV., 6 saepius; V., 7, 35; V., 8 saepius) qui ante Ovidium ideoque et ante Lygdamum fuit, notum est. Quid igitur est, quod auctor in titulo sepulcri servile nomen falso sibi tribui velit? Immo si aliquando, hoc loco, id est in titulo, qui nomen mortui posteris hominibus tradere vult, verum nomen indicandum erat. Accedit quod Lygdamus in carminibus puellae amatae missis se falso nomine appellat, tamquam simpliciter breviterque dicat: „me pudet amoris tui, itaque ut hunc amorem etiam post meam mortem homines celemus, fac in titulo meo quodvis alterum pro vero meo nomine incidas.“ Vides iam neminem posse a puella re vera amata tam inepta proscere. At ne quis mihi obiciat Lygdamum in carminibus quidem Neaerae ipsi missis suum nomen professum esse, postea autem, cum haec carmina in lucem ederet, hoc loco falsum nomen Lygdamii posuisse. Qua re auctor nihil prorsus assecutus esset quoniam verum nomen ex libello Neaerae misso manifestum fieri debebat, ne dicam quam absurdum sit, si quis quem amoris pudeat carmina de hoc amore conscripta sub falso nomine emittat. Iam igitur mihi probasse videor confictum nomen Lygdamii neque in epitaphio neque in carminibus in laudem Neaerae compositis ipsique puellae missis fuisse debere. Quod si verum est, concedatur oportet verum horum carminum auctorem, si Romanus fuerit, non suum ipsius amorem celebravisse.

Neque vero Neaerae ipsius amorem his carminibus contineri, sed et nomen et personam a poeta confictam esse iam ostendam. Et in nomine quidem Neaerae nemo iam haeredit quoniam forma Graeca pro ipso nomine Latino poesi amatoriae admodum usitata erat, dummodo idem syllabarum numerus retineretur. Cum autem quaeritur, quo loco Neaera nata quaque condicione vitae et quibus rebus domesticis usa sit, alium locum carminis aliud probare invenimus. Nam perpaucam sunt, quae et secum et aliis cum rebus consentiant, velut Neaeram formosam fuisse, IV. 57:

Carmenibus celebrata tuis formosa Neaera

id quod de sua quisque puella praedicabit. Maioris momenti videtur esse quod II., 13:

Sed veniat carae matris comitata dolore

matrem hoc tempore vixisse cognoscimus; sed id cum de permultis aliis puellis praesertim aetate florentibus dici potest, tum cum nullo alio loco conferri potest, siquidem manifestum est de omnibus parentibus dici posse quod auctor IV., 91—93 magno ore pronuntiat:

Sed (te genuit) culta et duris non habitanda domus

Et longe ante alias omnes mitissima mater

Isque pater quo non alter amabilior.

De ceteris vero rebus iam viri docti inter se dissentunt. Alii enim Neaeram et Romanam et e domo honesta fortunataque fuisse dicunt; neque desunt loci argumentaque quibus ea sententia confirmetur. Neaera enim carm. I. ferias matronales agit; deinde I., 2:

Exoriens nostris hic fuit annus avis

nostri avi etiam puellæ avi videntur, cum unius poetae avi isolentius ineptiusque dicerentur

nullis puellae avis, quae insolentia praeterea minime ad supplicantia amatoris verba convenerit; tum Neaera l., 23 „casta“ vocatur, eamque poeta ut in matrimonium legitimum ducat omnibus locis optat. Porro autem adhibentur carm. II. v. 15 seqq his enim versibus nobis ostendi rem familiarem Neaerae haud tenuem fuisse utpote a qua poeta tantos sumptus in iustis funeri suo solvendis petat; idque etiam in promptu esse, quod poeta l., 5—8 Neaeram nihil pretii sibi petere sed carminibus gaudere dicat:

Dicite, Pierides, quoniam donetur honore  
    Seu mea, seu fallor, cara Neaera tamen.  
Carmine formosae, pretio capiuntur avarae:  
    Gaudet, ut dignast, versibus illa meis.

Quibus ex rebus apparere Neaeram Romanam honestae condicionis vitae fuisse.

Nunc autem consideremus locos, qui huie sententiae repugnant. Ac primum quidem offendimus carm. I., 27:

Carmine formosae, pretio capiuntur avarae

quo versu, ut modo vidimus, interpretes ad sententiam longe aliam probandam utuntur. Sed iam antea a viris doctis observatum est non iustum oppositionem in hoc versu inesse, cum pulchritudo corporis saepe cum virtutis animi coniuncta inveniatur; quam difficultatem Dissenius expedivit contendens poetam eas formosas intellexisse quae corporis ingenique formam pulchram haberent et talem laudem tribuere Neaerae voluisse; quae explicatio haud reicienda est; nam ut verba quibus poeta utitur iure reprehenduntur, ita, quid Lygdamus his verbis significatum velit, liquet: Feminae enim, quae eadem vitae condicione ac Neaera sunt, in duo genera distinguuntur, quorum alterum poetis, qui ingenio praevaleant, alterum iis, qui divitiis vitae cultum ornare possint, secundas aures praebet; illius generis feminae formosae dicuntur, id est formosae avaritiae liberae; huius avarae, cum avaritia accedat ad corporis formam, nam deformes ne hae quidem esse possunt. Quae cum ita sint iam apparent Neaeram ea vitae condicione fuisse, ut non indigna esset, quae cum avaris *ētaīoais* componeretur licet Romana esset. Et cuinam ut Tibulli carminibus acquiescam non venit in mentem Nemesis Tibullianae, quae formosa eademque avara a poeta celebrata est quamquam divitem rivalem Tibullo praefert?

Quae praeterea Neaeram haud honesta condicione fuisse probant, haec fere sunt: IV., 73, 74 Apollo somnianti poetae dicit:

Nescis quid sit amor, iuvenis, si ferre recunas  
    Inmitem dominam coniugiumque ferum.

Quodsi hi versus conferentur cum eiusdem carm. v. 57—60:

Carmenibus celebrata tuis formosa Neaera  
    Alterius mavult esse puella viri  
Diversasque suas agitat mens impia curas  
    Nec gaudet casta nupta Neaera domo.

et cum v. 63. 64:

Sed fleeti poterit: mens est mutabilis illis  
    Tu modo cum multa bracchia tende prece

mecum nexum sic intelleges:

Neaera antea Lygdamo faverat, eique nescio quomodo dona vel beneficia quaedam debebat, quoniam Apollo puellae obicit mentem impiam, id est ingratam quae necessitudinem cuiusvis modi laeserit. Postea autem Neaera poetam deseruerat cum alterius viri mallet esse puella, id est amica; hoc enim loco puellam non pro uxore legitima positam esse luce clarius appetit ex v. 60:

Nec gaudet casta nupta Neaera domo,  
id est nupta in casta domo esse non vult. Qui locus varie vexavit interpretes, quoniam alterius quamquam Neaeram infidam dici concedebant, tamen non dubitaverunt contendere hoc loco indignationem poetae erumpere, quia illa alium virum praetulisset. Sed menineris velim primum haec esse verba Apollinis, „non fallaces vatis“, qui minime indignatione affici debebat; tum ea verba exstare in carmine, quod Lygdamus ad Neaeram misit eo consilio ut puellae gratiam sibi reconciliaret. Quid igitur indignatio, immerenti amicæ opprobria turpissima obiciens, hoc loco sibi vult? Immo poeta perfidiam libertinae amicæ conqueritur, eiusque condicione mulier perfidiam obiectam, ut satis alii amorum poetae docent, non graviter fert sed ridet. Alteri autem hoc loco „eastam donum“ honestae simplicitatis vel paupertatis domum significare exemplis docuerunt. Sed rectene fieri potuit, ut

Lygdamii domus hoc sensu casta diceretur, cum rivalis, cui Neaera Lygdamum postposuit, „ignotus vir“ (VI, 60) esset? An potius, cum lautissima Lygdamii convivia Neaera fugiat (VI, 59–60) ignoti viri torum cupiens, rivalis domus hoc sensu casta appellanda est? Itaque hoc loco Dissenii explicazione acquiescamus: „sed ut nobis videtur una eademque sententia inest in hoc et antecedenti disticho, dicitque deus aliis verbis hoc unum infidam esse Neaeram.“

Sed redeamus unde v. 60 explicantes aberravimus Neaera igitur alias viri amore capta poetam neglexerat novo amatori favens; idque poetam non aequo animo tulisse docent eiusdem carminis v. 20:

Somnus sollicitas deficit ante domos

et v. 53–56:

Pro qua sollicitas caelestia numina votis,  
Quae tibi securos non sinit ire dies,  
Et cum te fusco somnus velavit amictu,  
Vanum nocturnis fallit imaginibus

Frustra igitur adhuc operam dederat poeta, ut cum Neaera in gratiam rediret. Apollo autem consolatur ignarum ad quas molestias vel indignitates perferendas amor impellat; illum nondum omnia expertum esse; pergeret modo omni ope atque opera eniti ut gratiam puellae recuperaret; Neaeram ei iterum reconciliatum iri (scilicet: fore ut eam etiam novi amatoris paulo post taederet). — Ergo fieri non potest, quin Neaera his versibus carm. IV. adhuc tractatis mulier libertinae conditionis fuerit.

Agressuris ad nonnullos locos carminis VI. explicando primum de voce puellae nobis dicendum est. Atque equidem scio puellam non proprie de virginibus dici sed quamvis feminam actate florentem significare, sive innuptam sive sponsam sive nuptam. Itaque ex eo, quod Lygdamus Neaeram „puellam“ appellat, nondum efficere possumus qua necessitudine inter se coniuneti fuerint. Attamen, quoniam haec vox puellae tam incerta est, semper, quo sensu ceteris carminis locis accipiatur, considerandum; itaque iam proferam VI., 11. 12:

Aut si quis vini certamen mite recusat  
Fallat eum tecto cara puella dolo

et VI., 43. 44:

Vos ego nunc moneo: felix, quicumque dolore  
Alterius disces posse cavere tuum

atque versibus hos sequentibus monet poeta ne capiamur illecebris puellarum. Quis igitur est quin videat his locis de libertinis agi? Idemque, nisi alia obstant, etiam de ceteris locis, ubi de Lygdamii puella dicitur (56. 56: perfida; 65 fallacis puellae), conciendum est. Tantum autem abest, ut quaedam obstant, ut idem confirmant velut v. 59:

. . . . si fugiat nostrae convivia mensae

Non dubium est quin poeta convivia intellegat, quae cum amicis instituere consueverit, atque hoc ipso carmine describat. Quid autem uxori Romanae erat cum tali compotorum societate? Adde v. 25. 26:

Sed procul a nobis hic sit timor, illaque, siquast  
Quid valeat laesi sentiat ira dei.

Hoc loco cum interpretibus nescio an non consentire possim, qui sensum horum versuum ita explicant: Et si deus non rite a nobis colitur bibendo, si laeditur nimia severitate nostra, illa potius perfida poenas dei luat, quae causa mihi tristitiae. Qui enim Neaeram uxorem aut certe sponsam Lygdamii putant, quomodo hunc sensum defendere possint equidem nescio. Nam quid est, quod Neaera causa tristitiae sit, quae propter divortium factum poetam ad convivium celebrandum moverit? Aut cur poetam tristiorem vel severiorem ceteris convivis putemus, qui magister bibendi omnes, qui convivio intersunt, poenas gravissimas Bacchi enarrans non etiam tum levitatem puellarum conquerens, ad bibendum invitet? Qua re mihi probatur aliis isque simplicior nexus. In hemistichio

„sed procul a nobis hic sit timor“

„sit“ non est optativus, quod si verum esset; „poena“ procul a nobis sit dici debebat, non timor poenae; tum vero, quia poeta versibus sequentibus optata irrita iubet, etiam hoc ipsum optatum irritum iuberet, quod absurdum est. Immo „sit“ est coniunctivus potentialis ab coque dicitur, qui confidentur „est“ dicens deum laedere vereatur. Itaque sensum horum versuum

sic explicabimus: nos quidem, qui bibendo deum colimus, timore poenae liberi sumus, at illa, quae nostra convivia fugit atque „nimium nimiumque severa“ „vinis foscis“ abstinet, deo poenas luat. Quam ob causam manifestum est poetae hoc loco non uxorem vel sponsam sed libertinam obversari.

Ergo quoniam Neaera modo mulier honestae condicione modo libertina habenda est, id nos statuere necesse est, eam re vera neque uxorem Lygdamii neque libertinam fuisse, quoniam poeta in ea depingenda sibi non constituit.

Quod ad necessitudinem, qua Lygdamus, antequam haec carmina in lucem mitteret, cum Neaera coniunctus erat, attinet, alii Neeram uxorem ali sponsam poetae fuisse dicunt. At omnes loci, qui eam libertinam ostendunt, eidem docent coniunctionem amborum talem fuisse, qualis inter iuvenes Romanos libertinasque usitata erat. Omnino autem ambos aliqua necessitudine coniunctos fuisse, demonstrant carm. II., 3—5:

Durus et ille fuit, qui tantum ferre dolorem,

Vivere et erecta coniuge qui potuit.

Non ego firmis in hoc . . .

carm. III., 25—27:

O niveam, quae te poterit mihi reddere, lucem!

O mihi felicem terque quaterque diem!

At si, pro dulei reditu quaecumque voventur . . .

carm. III., 35:

At si fata negant redditum tristesque sorores

carm. VI., 26:

Quamvis nulla mei superest tibi cura, Neaera.

Sed nescio, an his locis alii repugnant, ubi de futura non reconciliatione, sed simplici coniunctione dicitur, velut I., 2 „capiuntur“ non recipiuntur, III., 7 (quid prodest caelum votis implesse)

Sed tecum ut longae „sociarem“ gaudia vitae

non ut iterum sociarem.

Aliis locis Neaera uxor Lygdamii erat, velut II., 13. 14:

Sed veniat carae matris comitata dolore

Maereat haec genero, maereat illa viro

et II., 29. 30:

Lygdamus hic situs est: dolor huic et cura Neaerae,

Coniugis erectae, causa perire fuit.

in primis autem I., 23:

Haec tibi vir quondam, nunc frater, casta Neaera,

Mittit . . .

Quondam enim particulam hoc loco non tempus futurum sed praeteritum significare, docet, ut iam ab aliis observatum est, oppositum „nunc“ frater; hue adde v. 20:

. . . an toto pectore deciderim

nam qui decidit aliquando in pectore fuisse necesse est; postremo autem sensus huius versus non est, quem tu blanda voce virum tuum nominare solebas, sed qui tuus vir erat; quodsi non optimo iure vir fuisse, id nomen hoc loco „castam“ Neeram gravi ignominia afficeret.

Sed cum tribus his locis discrepant IV., 79. 80:

Hoc tibi coniugium promittit Delius ipse,

Felix hoe alium desine velle virum

et III., 31. 32:

Haec alii cupiant: liceat mihi paupere cultu

Securo cara coniuge posse frui,

ubi de futuro coniugio agitur. Quam discrepantium ut tollerent viri docti Neeram non coniugem sed sponsam fuisse contendunt, quoniam et alias saepe nomina viri, coniugis non proprie usurparuntur. Quodsi verum esset, mirandum est, cur neque Neaera, cui tot varia nomina: puellae, sororis, dominae coniugis dantur, musquam hoc ipso nomine sponsae, neque Lygdamus nomine sponsi nominetur. Accedit, quod modo demonstravimus, fieri non posse quin I., 23 de legitimo coniugio dicatur.

At sive coniunx sive sponsa sive libertina Neaera erat, id retinendum videtur, quam cum poeta habebat coniunctionem, eam diremptam esse. Iam autem quaestio oritur: quisnam erat, qui

amantes diremerit? Utrum parentes puellae, an rivalis Lygdamii, an puella ipsa coniugium dissolvit? Ac parentes puellae ab hoc poeta laudibus efféruntur IV., 93. 94:

Et longe ante alias omnes mitissima mater

Isque pater quo non alter amabilior

sed non ut Lygdamus eos sibi reconciliet, nam quae laudes parentium leguntur, eiusmodi sunt, ut parentes concordiam retineant, non discordiam concident; et quod matris II., 13 mentio fit idem fere valet atque quod Neaera hoc carmine coniunx appellatur. Parentes igitur coniugium non diremerunt. Sed coniugium nescio a quo re vera dissolutum est, cf. II., 4 „erepta coniuge“ et II., 30 „coniugis ereptae“, idque a rivali factum plerique putant. Quomodo autem factum est, ut Lygdamus nusquam rivalem ipsum memoret, eumque, qui gaudia tantopere optata turbavit, paene aequo animo „alterum virum“ (IV., 58) et „ignotum“ tantum nominet, idque in ipso carmine VI., quod non in Neaerae amatae manus pervenit, sed postquam spes amoris poetam omnino iam fecellit, compositum est. Quid quod carm. II. v. 1 et 2:

Qui primus caram iuveni carumque puellae

Eripuit iuvenem, ferreus ille fuit

per se ponderati non tam rivalem quam lenonem significare videntur? At Neaera neutiquam Lygdamo ab aliquo erepta erat, sed sua voluntate societatem pro tempore sibi molestam ipsa resolvit, ut manifeste docent carm. IV., 58:

Alterius mavult esse puella viri

et carm. VI., 58. 59:

Non ego, si fugiat nostrae convivia mensae

Ignotum cupiens vana puella torum.

Quae cum ita sint, et de necessitudine, quae inter Lygdamum et Neacram erat, idem atque de Lygdamo et Neaera ipsis statuere possumus, poetam sibi non constitisse.

Omnibus igitur, quae adhuc protulimus, perpensis omnes iam spero mibi assensuros haec carmina non de ipsius poetae amore scripta esse sed de amore quarundarum personarum a poeta ita conficto, ut amatorem loquens vel versus scribens inducatur. Sed in tanta omnium rerum discrepancia quidnam revera poeta sibi proposuit narrare, et quid est quod eum in tot errores illexerit? Evidem, si de iis rebus nobis suspicari licet, omnes difficultates ita facilime expediri puto. Poeta nescio quis consilium ceperat amorem fictum narrare talis quidem viri, qui a coniuge divortio seiunctus omnibus precibus frustra elaboraret, ut cum ea in gratiam rediret. Cur autem nuptias dirempetas esse cogitem iam exponam. Quamvis multa hic poeta ex Tibulli aliorumque poetarum carminibus sibi vindicaverit, tamen (id quod accuratius demonstrare exiguitas spatii concessi prohibet) his omnibus rebus plerumque reconditus aliquid additum esse apparebit; itaque mihi haud ita incredibile videtur his carminibus amorem mariti divortio seiuncti decantari. Deinde Lygdamus carmine primo, quod re vera (id quod paulo infra pauvis attingam) primum horum carminum est, et quo consilium poetae maxime elucere necesse est, „virum quandam“ se appellat. Postremo autem, hoc poetae consilio posito difficultates mea quidem sententia optime tolluntur. Poeta enim, quominus consilium institutum accurate sibique constanter pertractaret, impeditiebat reliquorum poetarum memoria atque notitia, qui amorem libertinarum atque iuvenum Romanorum, non mariti atque uxoris inter se sciuncorum tractabant; itaque etiam coniugium promissum levius valere mihi videtur, quippe quod ab eiusmodi poetis de qualibet societate amantium usurpari possit.

Sunt et alia, in quibus, si meam de his carminibus sententiam sequeris, non cum aliter iudicantibus offendes. Atque nomen Lygdamii ipsum iam non plus offensionis habebit, quam vel Titus Tibullianus (Tib. I., 4) vel aliud quod nomen. Deinde quoniam nemo vilitatem poesis nostrorum carminum in dubium vocat, haud miraberis, quantum intersit inter amatorem Lygdamum tam flebiliter amorem puellae petentem et inter malum poetam Lygdamum, „cuius poesis magis trahebatur ad externas res describendas, cuiusque ingenium non idoneum erat sensibus animi gravioribus vivide depingendis“ (Dissen, introd. ad 2 extr.)

Restat ut quaeramus, num res reperiantur, quae nos inter poetam et amatorem discernere vetemus. Evidem vero nihil invenio. Nam quod Teuffelius contendit [denn daß Lygdamus der wirkliche Name des Helden dieser Elegien (und damit zugleich ihres Verfassers) sei, können wir bei der unromischen Beschaffenheit dieses Namens ebenso wenig glauben, als wir eine Trennung zwischen der Person des unglücklichen Bräutigams und der des Verfassers zulässig finden, was schon durch die prosaische Nüchternheit der behandelten Verwicklung, sowie durch Elegie 5 ausgeschlossen ist] argumentis nullius momenti nititur; alterum

enim (die prosaische Nüchternheit der behandelten Verwiegung) est mali poetae, qui arte inveniendi una cum multis aliis artibus caret; alterum autem, eleg. V. non magis probat, quam eleg. VI. Ut enim carmina quattuor priora Neaerae missa sint, quid sibi volunt eleg. V. et VI.? Quod si ita esset, poeta carmine sexto suam ipse ignominiam defectumque virtutis edidisset atque carmen V. addidisset nihil aliud contendens nisi ut volumen in lucem emissum plenius fieret. Immo carmen sextum documento est omnibus his carminibus non verum amorem celebrari; nam et compotatio ipsa et varii affectus (ut totus amor ipse) conficti sunt, ut poeta propositum quod versibus 59 et 61 continetur.

Non ego, si fugiat nostrae convivia mensae

Sollicitus repetam tota suspiria nocte . . .

ita ut opposita tractaret perageret. Recte igitur Dissenius pag. 371: „nec valedixit tali carmine Tibullus amatae prius Deliae sed tacite discessit,” et ut addam tali carmine nemo, qui vere amabat, valedicet amatae puellae. Carmen V. autem a poeta compositum et huic volumini, quamquam nihil ad Neaerae amorem pertinet, insertum est, eum, ut mihi quidem videtur, poeta etiam apud alios amorum auctores epistulas, quibus nihil cum ipsis poetae amore erat, ad amicos missos invenerit. Itaque et disticho illi, quo poetae dies natalis indicatur, praesertim cum id ex Ovidio sumptum sciamus, nullam fidem habeo.

Quod igitur pro certo de horum carminum auctore statnere possumus, hoc tantum est poetam non cum amatore confundendum esse; sed satis habemus demonstravisse, quae de Lygdamo vita rebusque continentur his carminibus, iis non utendum esse ad poetae vitam illustrandam.

In fine huius libelli liceat mihi paucis attingere, nos etiam alia via ad eundem finem pervenire posse, examinanda uniuscuiusque elegiae compositione et totius horum carmiuum seriei. Carmina enim quattuor priora minime ad Neaeram missa sunt: primum enim in iis haud desunt loci, qui auctorem in iis conficiendis iam finem amoris, qui carmine demum sexto non ad Neaeram misso cantatur, novisse demonstrant; deinde si paulo attentius haec quattuor carmina examinaveris, facile reperies carmen primum, quo haec carmina ad Neaeram missa esse indicatur, quodque ordine temporis postremum esse debet, re vera a poeta prius quam cetera compositum esse.

## Schulnachrichten.

---

### A. Chronik.

Mit Schluß des Winterhalbjahres schieden von unserer Anstalt 1) der ordentliche Lehrer Herr Dr. Hänicke, um an das Königliche Pädagogium in Putbus, 2) der wissenschaftliche Hülfslehrer Herr Dr. Fincke, um an die höhere Bürgerschule in Witten a. R. und 3, der interimistische Vorschullehrer Herr Mielke, um an die Cosberger Stadtschule überzugeben, so daß das neue Schuljahr am Donnerstag den 8. April mit der Einführung des wissenschaftlichen Hülfslehrers Herrn Schuffert und des Vorschullehrers Herrn Meyer begann, da der ordentliche Lehrer Herr Dr. Wasmansdorff durch militärische Obliegenheiten bis Ende Mai behindert war, sein neues Amt anzutreten.

Die Ferien währten Pfingsten vom 16—18 Mai, im Sommer v. 4. Juli bis 1. August, Michaelis v. 26. September bis 9. Oktober, Weihnachten v. 23. Dezember bis 2. Januar.

Am 18. Juni beging die Anstalt die Säkularfeier des Tages von Fehrbellin durch einen Schulactus, welchem sich am Nachmittage eine von ächtem Hohenzollern-Wetter begünstigte Fahrt in den Stadtwald anschloß, zu der die benachbarten Gutsbesitzer mit liebenswürdigster Bereitwilligkeit die erforderlichen Wagen stellten.

Am 19. August wurden unter Vorsitz des Königlichen Provinzial-Schulrathes Herrn Geheimrath Dr. Wehrmann die Abiturienten

Ernst Wiedemann aus Neustadt W. Pr., 20 Jahre alt, 10 Jahre auf dem Gymnasium, davon 3 Jahre in Prima, studirt Jura,

Felix Krantz aus Naddatz Kr. Neustettin, 20 Jahre alt, 8½ Jahre auf dem Gymnasium, davon 3 Jahre in Prima, studirt Jura,

Paul Pophel aus Polzin, 20 Jahre alt, 5½ Jahre auf dem Gymnasium, davon 2 J. in Prima, wird Militair,

Wilhelm Jaffke aus Hütten, Kr. Neustettin, 9½ Jahre auf dem Gymnasium, davon 2 Jahre in Prima, studirt Theologie,

geprüft und sämtlich für reif erklärt.

Das Nationalfest des 2. September wurde mit einer Ansprache des Oberlehrers Herrn Dr. Biemissen im geschlossenen Schulkreise begangen. Am Nachmittag schloß sich die Schule dem städtischen Festzuge an und veranstaltete dann ein Schauturnen.

Am 4. September erfolgte die Verleihung der Carl v. Bastrow'schen Prämien an den Obertertianer Otto Klanroth und den Untertertianer Hans Haupt.

Mit Ablauf des Sommerhalbjahres schieden von unserer Schule Herr Dr. Wasmansdorf, um an ein Berliner, und Herr Dr. Ziegel, um an das Stargarder Gymnasium überzugehen. An Stelle des ersten trat Herr Dr. Kohlmann als ordentlicher, an Stelle des letzteren Herr Faßmann als wissenschaftlicher Hülfslehrer.

Am 15. Oktober wurde das Hedwigsfest mit einer Festrede des Herrn Oberlehrer Dr. Ziemssen begangen. Die Feier ward erhöht durch ein werthvolles Geschenk des Herrn Kaufmann Huth, welches dem Ober-Primaner Johannes Schwarz überwiesen wurde.

Zu Weihnachten hatte der Unterzeichnete die Freude, von einem früheren Schüler 30 Mark zur Vertheilung an zwei bedürftige Böblinge der Anstalt eingefandt zu erhalten, und verfehlt nicht dem ungenannten Geber für sein pietätsvolles Geschenk von Herzen zu danken.

Am 11. Januar wurde der Oberlehrer Herr Dr. Hartmann durch einen sanften Tod der Anstalt entrissen, bei deren Lehrern wie Schülern er sich durch hingebendes und unermüdliches Wirken für das Wohl jedes einzelnen herzliche Liebe gewonnen hatte, von der die aufrichtige Trauer bei dem Leichenbegängniß des Verewigten Zeugniß gab.

Am 10. März wurde die Säcularfeier des Geburtstages der verewigten Königin Louise mit einer Rede des Herrn Prosector Dietslein, am 22. März der Geburtstag Sr. Majestät des Kaisers und Königs mit einem Schulactus begangen, bei welchem Herr Dr. Mascow die Festrede hielt.

Die Noederschen Prämien erhielten im v. J. der Abiturient Anton Rühle und der Ober-Secundaner Hermann Kowalke; beim diesjährigen Königs-Geburtstag der Ober-Primaner Richard Herwig und der Ober-Secundaner Emil Ziesmer. Gleichzeitig wurde ein werthvolles Werk, das die Pietät des Herrn Kaufmann Huth dem Unterzeichneten übersandt hatte, dem Ober-Secundaner Wilhelm Hafemann übergeben.

Am 31. März fand unter Vorsitz des Königlichen Provinzial-Schulrathes Herrn Geheimrath Dr. Wehrmann die Abiturienten-Prüfung statt, bei welcher

Albert Dreyer aus Sassenburg, 21 J. alt,  $9\frac{1}{2}$  J. auf dem Gymnasium, davon  $2\frac{1}{2}$  J. in Prima und

Johannes Schwarz aus Forsthaus Medderßen, 18 J. alt, 8 J. auf dem Gymnasium, davon 2 J. in Prima — beide studiren Theologie —

das Zeugniß der Reife erhielten.

---

## B. Amtliche Verfügungen von allgemeinem Interesse.

März 23. Anstellung des Herrn Schulamts-Candidaten Schüffert als wissenschaftlicher Hülfslehrer.

April 1. Aus der Instruktion für die Vorsteher öffentlicher Lehranstalten zur Ausführung des Impfgesetzes vom 8. April 1874: die Vorsteher aller öffentlichen Lehranstalten haben bei der Aufnahme eines jeden Böglings sich ein amtliches Geburtszeugniß desselben vorlegen zu lassen und durch ärztliches Zeugniß festzustellen, ob derselbe geimpft ist oder die natürlichen Blattern überstanden hat. Hat der Aufzunehmende bereits das zwölfe Lebensjahr zurückgelegt, so ist in gleicher Weise festzustellen, ob er in den letzten fünf Jahren die natürlichen Blattern überstanden hat oder mit Erfolg geimpft ist.

September 6. Anstellung des wissenschaftlichen Hülfslehrers am Gymnasium zu Stargard, Herrn Kohlmann als ordentlicher, und des Schulamts-Candidaten Herrn Faßmann als wissenschaftlicher Hülfslehrer.

Oktober, 20.: Bestätigung des nachstehenden Statutes der Bernhard-Behrend'schen Stiftung:

§ 1. Das Gymnasium in Neustettin erhält 1500 Mark als Vermächtniß des verstorbenen Kaufmanns Bernhard Behrend und 1500 M. als Geschenk der Söhne des Genannten Moritz Behrend und Georg Behrend, in Summa 3000 M., als unveräußerliches Eigenthum geschenkt unter der Bedingung, daß die Zinsen dieser Bernhard-Behrend-Stiftung in der §§ 2 u. 3 angegebenen Weise verwandt werden.

§ 2. Die Zinsen des obigen Kapitals werden an einen jungen Mann, der das Neustettiner Gymnasium besucht und dort die Abiturienten-Prüfung bestanden hat und sich nun dem Gewerbe-, Bau- oder kaufmännischen Fach

widmet, bis zur Vollendung seiner Studien = oder Lehrjahre alljährlich ausgezahlt, doch nicht länger als drei Jahre. Im Falle einer Concurrenz entscheidet die in der Abiturienten-Prüfung bewiesene geistige Reife. Die Verleihung, sowie die Entscheidung über Bedürftigkeit, Würdigkeit &c. des Percipienten steht dem Director und den Oberlehrern des Neustettiner Gymnasiums zu, so daß bei Stimmengleichheit die Stimme des Directors den Ausschlag giebt.

